

Les sources manuscrites de la théorie de la musique
(S. IX-XVI)

Catania, Biblioteche Riunite Civica
e Antonio Ursino Recupero (I-CATc)

D 39, f. 123v-125r

Transcription : Christian Meyer
(janvier 2006 – rév. nov. 2017)

123v

¹Incipit tractatus proportionum.

²Dupla proportio est quando maior numerus continet totum minorem numerum bis, ut 2 ad 1, 4 ad 2, 6 ad 3 et sic in infinitum numerum habebis, et <in> hac quidem proportionem ponitur ea consonantia | que dicitur diapason. ³Remigius. Plenitudo musicae in diapason continetur quia ex dyathesaron et dyapenthe componitur que sunt elementa totius armonie et est plenus universe forme sonorum.

124r

⁴Sexquioctava proportio est quando maior numerus continet minorem numerum in se et eius octavam partem, ut sunt [noveni] 9 ad 8 per arsim, 8 ad 9 per thesim et sic in infinitum numerum. ⁵Et in hac quidem proportione ponitur tonus. ⁶Nam hic tonus diastema throchea emilis, cola, epogdous et sexquioctava vocatur. Tonus vero a tonando. Dyastema duo soni simul

2-21, 23-27 cf. I-Rvat Barb. lat. 307, f. 31r-v

2-4 IOH. CICON. mus. 3, 15 (3 cf. REMIG. AUT. 371)

4-8 IOH. CICON. mus. 3, 12

2 diapason] dyapenthes *ms.*

3 diapason] dyapenthe *ms.* | elementa] irementa ? *ms.*

stantes. Emelis actus melo. Cola i. membrum. Epogdous superoctonarium.⁷ Sexquioctavus autem dimidium. Est autem octonarius dimidium 16 numeri.⁸ Cui si additum eius octava pars dicitur sexquioctava proporcio. Boecius.

⁹Sexquitercia proporcio est quando maior numerus continet totum minorem numerum in se et eius terciam partem.¹⁰ Habet enim quaternarius in se ternarium et eius terciam partem, ut 4 ad 3 et sic in infinitum numerum.¹¹ Et in hac proporcione ponitur ea consonancia que vocatur diatessaron et epidrida et sostema et sexquitercia. Remigius.

¹²Diatessaron, id est ex 4,¹³ quia si duos tonos deverseris cum semitonio, habebis quatuor ⁺addissonos⁺, <i.> quatuor <cordas>, et spatia tria s. intervalla, que inter cordas sunt vel fiunt et producciones duas et dimidia, id est duos tonos et semitonum.

¹⁴Nam productio et intentio unum est. Semitonus vero medium produccionis. Remigius.¹⁵ Est autem dyathesaros decem dieseon, i. quatuor partium, i. si quinque emithonia habet, decem quar-tarum partium est.¹⁶ Est autem symphonia in epitrita ratione [est], i. in sexquitercia sicut 4 ad 3, id est inter primum et ultimum.

¹⁷Ultima enim habet totam primam in se et eius tertiam partem que est unus. Boecius.

¹⁸Sesquialtera proporcio est quando maior numerus continet totum minorem numerum <in> se et eius medietate, ut sunt 3 ad 2, et sic in infinitum numerum.¹⁹ Et in hac quidem proporcione ponitur ea consonantia que vocatur dyapentha, emiolia, sescupla, sexquialtera et sistema dyapenthe.

9-11 IOH. CICON. mus. 3, 14

12-17 IOH. CICON. mus. 3, 13

18-19 IOH. CICON. mus. 3, 14

13 deverseris] diviseris *cod.* (diversis IOH. CICON. mus.)

14 intentio] incepcio *cod.*

15 dieseon] desteon *cod.*

²⁰ Tripla proporcio est quando maior numerus ter continet minorem numerum in se, ut 3 ad 1 et sic <in> infinitum numerum, et in proporcione ponitur ea consonancia que nuncupatur diapason et dyapente.

²¹ Bis dyapason. Quadrupla proporcio est quando maior numerus quater continet minorem numerum in se, ut 4 ad 1, et sic in infinitum numerum et in hac quidem | proporcione ponitur ea consonantia que cui vocabulum est bis dyapason.

²² Superbiparciens proporcio est quando maior numerus continet in se totum minorem numerum in se et eius duas partes, ut 5 ad 3 et sic in infinitum numerum.

²³ Duppla superbiparciens proporcio est quando maior numerus bis continet minorem numerum in se insuper duas partes eius, ut 8 ad 3. ²⁴ Habent enim 8 bis ternarium in se duasque eius partes, i. duas unitates. ²⁵ Et in hac quidem proporcione ponitur ea consonancia, que nuncupatur diapason dyathesaron. ²⁶ Quamquam enim Pictagorici negent hanc consonanciam <esse tamen eximio doctore Boetio, Ptolomei sententia> super hoc approbante fatemur consonanciam esse. ²⁷ Maxime quoniam diapason consonancia talis est, quod aliam quam suscepit consonanciam servat, nec eandem mutat, nec ex consona dissonam reddit.

²⁸ Supertriparciens proporcio est quando maior numerus continet totum numerum in se et eius tres partes, ut 7 ad 4, [14 ad 8] et sic <in> infinitum numerum.

20 IOH. CICON. mus. 3, 17

21 IOH. CICON. mus. 3, 18

23-27 IOH. CICON. mus. 3, 16

20 continet totum minorem *ante corr.* | diapason] diapenthes *ms.*

21 bis dyapason] byapason *ms.*

25 diapason] diapenthe *cod.*

27 diapason] dyapenthes *cod.*

²⁹Superquadriparciens est proportio quando maior numerus continet minorem in et eius quatuor partes, ut 9 ad 5, et sic <in> infinitum.

³⁰Proportio duppla supertriparciens est quando maior numerus continet in se minorem bis et eius tres partes, ut 11 ad 4, [22 ad 8,] et sic <in> infinitum.

³¹Proportio duppla superquadriparciens est quando maior numerus continet totum minorem in se bis et eius quatuor partes, ut 14 ad 5, [28 ad 10,] et sic <in> infinitum numerum.

³²Proportio tripla superbiparciens est quando maior numerus continet totum minorem in se ter insuper et eius duas partes, ut 11 ad 3, [22 ad 6,] et sic in infinitum numerum.

³³Proportio tripla supertriparciens est quando maior numerus continet totum minorem ter et eius tres partes, ut 15 ad 4, [30 ad 8,] et sic in infinitum.

³⁴Proportio tripla superquadriparciens est quando maior numerus continet totum minorem in se ter et eius quatuor partes, ut 19 ad 5, [38 ad 10,] et sic in infinitum numerum.

³⁵Proportio duppla sexquitercia est quando maior numerus continet numerum bis et eius terciam partem, ut 7 ad 3, et sic in infinitum numerum.

125r ³⁶Proportio tripla sexquitecia est quando maior numerus continet totum minorem in se et eius terciam partem, ut 10 ad 3, [20 ad 6,] et sic in infinitum numerum.

³⁷Proportio duppla sexquialtera est quando maior numerus continet in se totum minorem bis et eius medietatem, ut 5 ad 2, 10 ad 4, et sic in infinitum.

³⁸Proportio tripla sexquialtera est quando maior numerus continet totum numerum in se ter et eius medietatem, ut 7 ad 2, 14 ad 4, et sic in infinitum.

³⁹Proportio sexquiquarta est quando maior numerus continet totum minorem in se et eius quartam partem, ut 5 ad 4, 10 ad 8, et sic in infinitum.

⁴⁰Proportio duppla sexquiquarta est quando maior numerus continet totum minorem in <se> bis et eius quartam partem, ut 9 ad 4, 18 ad 8, et sic in infinitum numerum.

⁴¹Proportio tripla sesquiquarta est quando minor numerus continet minorem ter et eius quartam partem, ut 13 ad 4, 26 ad 8, et sic in infinitum numerum.

⁴²Sit laus et gloria Christo per infinita seculorum secula.
Amen.